cum similes ei erimus. ibi eum videbunt sicuti est. ipsa non erit beatior transmigratio. ex isto seculo in civitatem illam si eius precepta sic amplectamur. ut ad eius dexteram congregari mereamur. Tunc enim ibunt sinistri in ignem eternum. iusti autem in vitam eternam. hinc illuc transmigrabunt. et ibi eum videbunt. quomodo non videbunt impii. Tolletur enim impius ut non videat claritatem dei. et impii lumen dei non videbunt. Hec est autem inquit vita eterna. ut agnoscant te verum deum et quem misisti ihesum christum sic in illa civitate cognoscetur. quo servos eduxit per formam servi. ut liberi contemplentur formam domini.

Nota quod aliquando celos pluraliter. aliquando singulariter invenimus. Sed quodam modo locutionis abusive singularia pluraliter modo dicimus. et pluralia singulariter. Ad orientem montis oliveti quod psalmista dicit. evangelista tacente significat terrarum. que est in orientalis partibus collata. Unde apostolis videntibus ascendit terra multis plena miraculis. ubi fidelium credulitas plus actibus quam lectionibus eruditur.

hoc fit dum fideles vetus vite verba secularia relinquunt. et sancta mistica resonant.

hec sequentur: In nomine meo

et dei laudes et potentiam quantum valent extollunt.

hoc hodie spiritualiter ecclesia facit. dum per exorcismi gratiam manum credentibus imponit. et malignos spiritus expellit.

demonia eicient. linguis loquentur

bonis exortationibus malitiam auferendo ab aliorum cordibus.

novis. serpentes tollent.

Dum pestiferas persuasiones audiunt nec ad operationem usque perducunt quod tamen eis non nocet mortiferum bibunt.

et si mortiferum quid biberint

Dum proximos in bono opere confirmatos exemplo bone operationis roborant. super egros manus imponunt ut bene habeant. hec miracula tanto maiora quanto spiritualia. per hec enim suscitantur anime non corpora.

non eis nocebit. super egros manus imponent et bene habebunt.

qui de celo descenderat.

Et dominus quidem ihesus postquam locutus est eis assumptus est

sum veniat.

et nunc omnia iudicans et in fine omnium iudex venturus. Stephanus autem vidit stantem. quia in certamine eum habuit adiutorem.

in celum. et sedit a dextris dei.

Illi autem profecti predicaverunt

preceptum obedientia. obedientiam.

ubique domino cooperante et

signa comitantur et c.

sermonem confirmante sequentibus signis. EXPLICIT.

PLURES fuisse qui evangelia scripserunt. et lucas evangelista testatur dicens. Quoniam quidem conati sunt multi ordinare narrationem rerum que in nobis complete sunt sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonem et ministraverunt ei. et perseverantia usque ad presens tempus monimenta declarant. Que a diversis auctoribus edita. diversarum heresium fuere principia. ut est illud. Iuxta egiptios et thomam et mathiam et bartholomeum duodecim quoque apostolorum et basilidis atque appellis ac reliquorum quos enumerare longissimum est. Cum hoc tantum in presentiarum necesse sit dicere. extitisse quosdam. qui sine spiritu et gratia dei conati sunt magis ordinare narrationem. quam historie texere veritatem. Quibus iure potest illud propheticum coaptari. Ve qui prophetabant de corde suo. qui ambulant post spiritum suum. qui dicunt. dicit dominus. et dominus non misit eos. De quibus et salvator in evangelio iohannis loquitur. Omnes qui ante me venerunt fures et latrones fuerunt. Qui venerunt. non qui missi sunt. Ipse enim ait. Veniebant et ego non mittebam eos. In venientibus presumptio temeritatis. in missis obsequium servitutis est. Ecclesia autem